

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Rudolphi Goclenii Exercitationes et disputationes ethicae & politicae**

**Goclenius, Rudolph**

**Marpurgi Cattorum, 1601**

XXIII. Felicitas sitne causa virtutum, an barum effectum?

[urn:nbn:de:bsz:31-109121](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-109121)

libet injurias. Sed nobis ex sententia Aristotelis uterq; hic finis est Cujus. Forma domus quidem finis Cujus prior tempore: Ipse usus verò finis Cujus posterior, & absolutior, de sententia Philoponi. At finis cui, ut antè diximus, est Ipse Dominus inhabitator. Hactenus ergo exposui mentem Aristotelis de fine Cujus & Cui. Unde patet: Felicitatem esse finem Cujus (non Cui.) Id est illud ipsum quod subiectum, scilicet hominem, perficit, ut sanitas corpus perficit: Ipsa nempe verò subiectum quod perficitur, ut est Homo, esse Finem cui. Hinc quoq; rem accurate & λογικώτερον, perpendenti liquet: Finem ÷ proprie esse causam, cujus gratia quippiam est: Finem verò ÷ proprie esse subiectum, ad quod aliquid pertinet. Homini obtingit, datur, tribuitur felicitas. Homo igitur subiectum est, ad quod pertinet felicitas, ut adjunctum receptam.

## XXIII.

*Felicitas sine causa virtutum, an harum effectum?*

Distinguitur, seu distinctione affirmatur utrunq;  
**A**RISTOTELES initio libr. i. Ethicorum beatitudinem causam virtutum & honestarum actionum constituit. Cap. verò o. ejusdem libri à virtute & rectè factis produci felicitatem affirmat. Hæc sunt εὐαριστία. Ac pugna

pugna hæc  
 tempor  
 culam fra  
 magis se  
 mus esse ca  
 ne agimus  
 bonum, q  
 conlequan  
 ad hanc p  
 ctiones.

FELI  
 ens  
 per  
 gaur et  
 cessio a  
 affirm  
 & for  
 est, bo  
 non a  
 est &  
 Distin  
 tiam &  
 nihil a  
 essent  
 Nihil

pugna hæc, quæ apparet simpliciori, facile componetur, si dicamus: Beatitudinem esse causam finalem civilis facultatis virtutis, & *εὐμαχίας* seu probarum actionum. Has verò illius esse causam effectivam. Idè enim bene agimus, ut felicitatem tanquam metam & bonum, quod omnium maximè expeditur, consequamur. Intermedium verò iter seu via ad hanc perducens, sunt laudabiles honestæq; actiones.

## XXIII.

*An felicitati possit aliquid addi?*

Distinguitur.

FELICITATEM esse summum & sufficiens bonum, Ethicorum dogma est: quod per se sit rationi eligibilis, etsi non adjungatur ei aliud bonum. Quomodo igitur accessio aliqua ei fieri possit, (quod 8. cap. 1. Eth. affirmat Aristoteles) à bonis animi, corporis & fortunæ, ut eruditione, forma, *δύναμις*, id est, bona commodaq; senectute, divitiis, &c. non ab re queritur, cum ei, quod summum est & perfectissimum, nihil majus dari possit. Distinguendum igitur hîc est inter substantiam & accidens. Felicitati, ut *κατὰ τὴν φύσιν* bono nihil addi potest, quoad perfectionem suam essentialem, non verò quoad accidentalem: Nihil addi potest summo alicui ut felicitati,

T 4 extra